Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26258
Copyright: Admont, Benediktinerstift

170

idest ad altare dni. aut ebriosus. aut adulter. aut
odium in corde reinens presumit accedere. Auer
tat hoc a nobis ds frs kmi. & concedat. ut mala ista
aut numquam uelimus admittere. aut si admissa
fuerint. sine ulla mora penitentia uel pace stude
amus sanare. & largioribus elemosinis festinemus
abluere. ne forte si cum peccatorũ uulneribus an
te tribunal aeterni iudicis uenerimus. ab illa
eterna ecclesia. & ab illa celesti hierusale per
peua excommunicatione separemur. Hec ergo
cogitamus frs kmi. tam casti. & tam sobrii. &
tam pacifici. ad istud altare deo auxiliante
studeamus accedere. ut ab illo aeterno altari
non mereamur excludi. Qui enim ad istud
altare casto corpore & mundo corde cum se
cura & munda conscientia uenerit. ad illud alta
re qd in celis est. felici transmigratione peruenit.

RITE SERMO AVGVSTINI EPI. IN DEDICATIONE
ecce festa ecclesie colunt. ECCLESIE.
qui se ecclesie filios esse cognoscunt. hec enim
omnium credentium mater est. que natos ad
mortem. regenerat ad salutem. Hec est post
sinagogam quidem uocata. sed ante sinago